h111

59

# INCIPIT LIBER TERTIUS

Lernerum anguem fabulae ferunt multis ex medio capite pullulasse
serpentibus. & scillam siculi monstrum freti. facie quidem uirginali. sed
succinctam canib. miserorum lacerasse naufragia. iuncto uico don litore
sirenarum mortifero carmine; quae et ut uitaret ulixes homericus clausisse
aures dicitur. & malum inexsuperabile prudenti uitasse consilio;
hoc ego cum facere cuperem. & hereticorum rabiem declinare. iuxta
ismenium poetam mihi canens & meis. illudq; propheticum reuoluere.
cum consisteret aduersum me peccator. obmutui & silui de bonis.
Non est passus diabolus in optata quiete contentum. scripturarum
sanctarum explanationi insistere. & hominibus linguae meae he
breorum. grecorumque. eruditionem tradere. Sed id agit diebus
& noctibus. & aperte & per insidias. ueris falsa miscendo immo uim
uersa mendacia. subdolo melle circumliniens. ut qui audit uerborum
dulcedinem. uenena pectoris non formidet; pacem pollicetur.
ut grauiora bella exerceat; Ridet ut mordeat. manum offert
ut ex inprouiso simplicem interficiat abenner. Nimirum hoc
illud est. quod & apostolus lo quebatur. Non enim eius ignoramus
astutias. hic tacet. alibi criminatur. mittit in uniuersum orbem epistulas
biblynas. prius auriferas nunc maledicas. & patientiam nostram de xpi
humilitate uenientem. male conscientiae signum interpretatur.

Ipseque mutus latrat per alpinum canem grandem & corpulentum.
& qui calcibus magis possit seuire. quam dentibus; habet enim pro
geniem scoticae gentis. de britanorum uicinia. qui iuxta fabulas poeta

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0125